



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Catalogvs Omnivm Antistitu[m] Tungaroru[m],
Traiectensiu[m], ac Leodiorum, [et] rerum domi,
belliq[ue] gestaru[m] Compendium**

Placentius, Jean-Leo

Antverpiæ, 1529

Vigesimus quartus Antistes

urn:nbn:de:hbz:466:1-30477


Lamberti clericus, & septimus Romanę eccle-
się leuita, dū minime se placere Imperatori Henrico intelligeret, ob odiū quod in Germanū suū
ducem Godefridū conceperat: post legationem
Constantinopolitanā: Cassinense monasteriū in
gressus, primo monachus, deinde Abbas, post
Stephani papę noni, nomine alteratus est, et ve-
teris contubernij in fastigio rerū nequaquā inme-
mor, antistiti Leodino superhumerali præcio-
sissimum deferendum in scapulas transmisit. & super-

CVigésimus quartus Antistes
Theoduinus Bauarię ducis filius, Henrici
tertij Imperatoris cōsanguineus, vtriusq;
iuris doctor, proponētib; Alemānię pri-
matibus, Antistes Leodinus effectus est āno sa-
lutis millesimo quadagesimo nono. Qui a Ste-
phano superhumerali primus excepit, a quo
a Moguntia Leodiū. Hannonię ducatū ab He-
roina Rechilde & huius filio Balduino suscepit
& auctoritate Imperatoris possedit, Hoñ colle-
gium atq; Basilicā construxit, & quindecim vi-
ros canonicos ordinauit. Quę tametsi nomine,
Theoduii ædificata est: hoñanorum ciuiū im-
pensis cōsummata dicitur. Tertiā enim bonorū
suorū mobiliū partē Antistiti assignauerāt qui-
b; passim sacras eedes recuperaret. Vñ eis immu-

H9

Hoñanū
collegiū

G iij



nitates, & priuilegia concessit, quatenus arcis
 Hoñanæ custodiam haberent, quousq; mortuo
 Episcopo, alter confirmatus esset, ciuitatēq; re-
 quireret, ædē Rhinechonis, auspicijs diui Euer-
 simari cōsecrauit, & apud Leodium a Stephano
 missum non exiguū salutiferę crucis fragmentū
 atq; reliquias diui Iacobi Apostoli, aliorūq; san-
 ctorū transposuit. Obiit anno salutis Millesimo
 septuagesimo quinto, nono Calendas Iulias, an-
 no administratiōis. 28. sepultus hoñ in Collegio
 diuę virginis. Floruit sub Apostolicis viris Leo-
 ne nono, Victore secundo, Stephano nono, Be-
 nedictodecimo, Nicolao secundo, Alexandro
 secūdo, & Gregorio septimo. Imperantibus Hē-
 rico & eius filio. Claruit beat⁹ Theobaldus, qui
 in spelunca vitā solitariā egit & miræ sanctitatis
 exēpla post se reliquit. Et ad sepulchrū diui Tru-
 donis miracula plurima fiebant. Comes Flādriz
 contra Imperium seditionē mouens, vna cum fi-
 lio suo Hannoniæ Comite qui pēdebat Antisti-
 ti feudū. Tuduinum prius incenderunt, deinde
 suburbia hoñ & agros populati sunt

¶ Vigésimus quintus Antistes

Henricus filius fæderici Lotharingię ducis
 ex Matertera ducis Godefredi Bullonēsis
 sollicitate Philippo Francorū rege in An-
 tistitē consecratus est, & in munere suo semper